

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Cvm Magnifico, Praenobilissimo Atqve Doctissimo Domino, Domino Hermanno Becker ... Fasces Prorectorales Traderentvr, Praemissis Qvibvsdam De Arbitrio Jvdicis, Observantiae Declarandae Ergo Favsta Qvaevis Praecatvs Est Andr. Conr. Werner, Stada-Brem. L. L. St.

Rostochii: Typis Jo. Jac. Adleri, [1758?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002513057>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 1758
Werner, Andr. Conr.
Becker, Hermann

1b



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002513057/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002513057/phys_0002)

DFG

20

CVM
MAGNIFICO, PRAENOBLISSIMO
ATQVE
DOCTISSIMO DOMINO,
DOMINO
HERMANNO BECKER,
J. V. D. ATQVE INST. IMPER. P. P. O.
FAMIGERATISSIMO,
FASCES PRORECTORALES
TRADERENTVR,
PRAEMISSIS QVIBVS DAM
DE
ARBITRIO JVDICIS,
OBSERVANTIAE DECLARANDAE ERGO FAVSTA
QVAEVIS PRAECATVS EST
ANDR. CONR. WERNER, STADA-BREM.
L. L. St.

ROSTOCHII,
TYPIS JO. JAC. ADLERİ, SEREN. PRINC. AVL.
ET ACADEM. TYPOGR.

1758/59.

1758 1759



Si quis, nulla in studiis formandis fidelitate motus, me-
dium se gerit, quando doctoris augetur splendor, quin
instar lapidis plane est immobilis, merito probatissimus quis-
que indignationem p[re]se fert. Qui vero adeo est impu-
dens, vt ne singulari quidem benevolentia calcaria sibi
admoueri patiatur, ut nihil dicam de eximia in instruendo
diligentia, qui stupet, cum gaudium declarare deberet su-
um, is vero ingratissimus omnium mihi videtur. Quor-
sum haec, *Vir Magnifice?* Traduntur Tibi hodierno die
sceptra significantia, Te nunc totius esse Academiae caput,
Prorectoris in Te defertur munus. Quis non me Tibi de-
vinetissimum tacere, indigne ferret? Applaudo itaque, vt
debeo. Concentus omnium me excitat, & quamquam in-
star anseris inter odonos, ut ego quidem probe scio, sim re-
putandus, tamen offero munusculum, sola Tui obseruantia
conspicuum. Exaraui quaedam leuissimi momenti,
Tibi scripsi, ut vilitas contextorum grauitate accipientis
compensetur. Permittas igitur, *Vir Magnifice*, vt ea que
de arbitrio Judicis meditatus sum praemittam, antequam
honores Tibi gratuler hodie assumendos.

a 2

§. I.

§. I.

Conditionem hominum, qualis a natura erat, funestissimam fuisse, atque pestiferam, si ab ea non esset discessum, nemini non in oculos incurret, qui multitudinem animalium sine moderatore, sine fraenis enteris, sine coactione cupiditatibus suis illimitate indulgentium, ad quaevis mala perpetranda promptissimorum sibi vivide concipit. Rotunda miscerentur quadratis summa imis. Suum cuique detrahere, maxime juvaret homines, & cui validissimum continget virium robur, ille oculos pasceret alios aliorumque bona sua maectando voluptati. Quare maxima digna est veneratione providentia divina, cujus auspiciis gens humana coit, diversasque formavit respublicas, ut communibus coadunatisque viribus tutam sibi redderent vitam. Summum in has respublicas imperium, quod omnibus competit conjunctim, ut id, quod hae volunt societas obtineri poscit, multis mansit rebuspublicis, plures vero illud in unum detulerunt, qui, quae totius gentis commodum & damnum concernunt, ea omnia omnium nomine facit, jubet, vetat, prohibet, avertit.

§. II.

Est hoc non sterile, sed fertilissimum principium, unde omnia, quae principi ut principi competunt, quaeque majestatica vocari solent jura tanquam ex scaturigine profluunt. Ut caetera, quae mei non sunt instituti omittam, unum tantum jus majestaticum inde derivabo. Quodsi princeps omnia ea potest, quae securitas reipublicae requirit, certe poterit controversias inter cives de iuribus cuique competentibus sua decidere auctoritate, poterit sibi subjectos constringere, ut, quae alterius sunt, relinquant, ablata restituant, suum cuique tribuant. Neprivatus sibi jus diceret, & inde bellum omnium erga omnes oriretur, id vero movit etiam homines ad conglutinandam societatem. Decisionem itaque litium principali auctoritate, praeeunte justitia, faciendam requirit conditio reipublicae, eamque ipsam ob causam nemini, nisi ex speciali competit concessione, si a superiore discesseris, & a solo summo imperio dependet.

§. III.

§. III.

In multitudine vero hominum unius imperio subjectorum, non possunt non quotidianae atque reiteratae obvenire controversiae. Quoties quis putat sibi competere, quod idem alter etiam sibi afferere vult? Quoties quis alterum sibi ex pacto devinctum habet, ubi alter se omni liberatum esse obligatione, sumit? Quoties de persona, quam quis in republica tenet ejusque juribus disputatur? Hi omnes ad super orem currunt, & ut sibi satis fiat, pertinent. Quantis obruitar negotiis? O infelicem principis conditionem! Uno verbo, impar huic uni iurium majesticorum. Eligit igitur viros probatae fidei, eosque in quolibet loco constituit, atque exercitium hujus juris principi competentis illis confert, ut justitiam secundum modum praescriptum exerceant, civesque ad id adigant, ad quod vi illius sunt obligati. Hanc concessam potestatem vocamus jurisdictionem. Sic humeri levantur. Sic multum oneris detrahitur. Sic non, nisi administratoribus in officio deficientibus ad eum res devolvitur, & suprema tantum apud istum manet inspectio.

§. IV.

Cuivis igitur facile patet, magnam esse inter potestatem judicariam & jurisdictionem differentiam. Potestatem judicariam, exercet superior vi imperii in se translati, & legis cuidam regiae ut ita loquar, eamque ob causam jure proprio: Jurisdiction dependet a concessione, geruntur ea negotia alterius, ideoque desiderat mandatum, & hanc exercens est mandatarius ejus, qui habet potestatem judicariam, tanquam principalis. Inde in aprico est, jurisdictionem suos habere limites praescriptos, qui in illa deficiunt, coniunctum esse onus reddendarum rationum, quotiescunque desideratur, ex ea causa, quia alterius geruntur negotia excludere potestatem substituendi, & quae sunt reliqua ex conceptu mandati fluentia. Restat, ut addam ab effato jus dicentis provocari posse ad principem concedentem, qui vero nullum superorem, nullumque ideo sententiam corrigentem habet.

a 3

§. V.

§. V.

Ille, cui ista jurisdictione demandata est, vocatur *judex*, & per eum concipimus nobis personam, quae habet potestatem cum jurisdictione coniunctam. Jurisdictione vero cum versetur circa res civium controversas secundum LL. decidendas, prono inde alveo sequitur, determinari debere circumstanias rei controversae, ut inde appareat, utrum lex applicari possit, nec ne, tumque prout cujusque causae conditio requirit, sententiam praeeunte legge esse ferendam. Uno verbo causae cognitio atque ejusdem decisione sunt ea, quae jurisdictionem constituunt, sententiae executiōnem enim omittere non dubito.

§. VI.

Quodnam igitur judicis sit officium, in aprico est. Cognoscit, decidit, interdum etiam exequitur. Statim quando ille, qui se ab altero laesum esse affirmat, judicis implorat officium, prima ejus cura est, ut inquirat, utrum factum tale sit, quale actor venditat, et amque ob causam non hunc solum, sed reum etiam explorat, ut ex collatione horum constet facti veritas, probationem injungit, quando opus est, & quae sunt reliqua ad determinandum controversiae statum facientia. Hoc negotio peracto sententiam fert, qvo quid justum sit in hac causa, qvidve non declarat.

§. VII.

Sumamus nunc primā judicis operationem, & discipiamus, utrum in ea de ejus arbitrio quicquam occurrat, & ubi. Judicem sine mandato nihil facere posse, ex antecedentibus patet. At mandato generali multa expresse quidem non concessa, sed tacite tamen permissa inesse posse, neminem fugiet. Quando superior judicem aliquem designat, eo ipso illi facultatem causam cognoscendi concedat necesse est. Quia vero illa versatur circa facta, facta ex circumstantiis pluribus inter se connexis constant, circumstantiae plane infinitae sunt, modus causam cognoscendi non nisi generaliter praescribi potest, ut scilicet prudenter, juste, sine praevicatione dijudicet, utrum circumstantiae, quae efficiunt, ut factum sit, quod in hoc casu esse debet, nec ne, ad specialia in qvovis factu,

Eto,

Et o possibili, descendere non potest, cum qvot possibilia sint, determinari non possit. Veluti lex praecipit, qvodvis furtum violentum poena laquei esse puniendum. Furatur est quis, & sine adhibita vi lapides non adhaerentes e muro demfit ad aditum sibi patet faciendum. Hic judex cognoscere debet, utrum hoc furtum pro violenti sit reputandum, nec ne. Tales casus possibles determinari plane nequeunt. Modo sunt circumstantiae aggravantes, & exasperationem merentes, modo tales, quae poenam minuunt, & qvot sunt facta ad idem genus pertinentia, tot in iis diversae obveniunt circumstantiae. Vno verbo cognitio facti judici non nisi generaliter praescribi potest.

§. VIII.

Qvodsi vera est assertio sp̄hi antecedentis sequitur, judicem circa causae cognitionem multa supplere debere ex mandato generali concessae jurisdictionis. Induit personam boni viri, quem admodum hoc casu in jure vocatur, & secundum aequitatem agit, regula speciali positiva deficiente. Quando vero judex, uti sibi secundum aequitatem videtur, & placet, aliquid determinat, tum illum ad arbitrium egisse dicimus, eamque ipsam ob causam, tunc, cum circumstantias causarum & gravantes & lenientes agnoscit, arbitrium exercet. Judicis igitur arbitrium nullos, nisi aequitatis limites habet, & jurisdictioni illud inesse patet ex L. 13. de LL. ubi verba sunt. ' caetera, quae tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certe jurisdictione suppleri,

§. IX.

De hoc judicis arbitrio circa circumstantias factorum nos pleniū instruit L. 16. §. 2. 3. 4. 5. 6. de poenis, quae genera hic consideranda affert, causam nempe locum personam tempus, qualitatem, quantitatem, effectum. Judex quamquam non de LL. sed secundum LL. judicare debet, tamen suadente aequitate ob locum ubi factum commissum, personam in quam, tempus, quo commissum, poenam modo duriorēm, modo leniorem infligere potest. Generaliter enim ejus est, applicare LL. ad facta pro ratione circumstantia -

stantiarum, eamque ob causam pro arbitrio de circumstantiis judicare, utrum eas minuere, an intendere poenam putet.

§. X.

Ut ad exempla descendam, potissimum judicis arbitrium circa circumstantias s. cognitionem occurrit in criminalibus, ubi circa corpus delicti judex versatur. Ibi enim vel minutissima res est attendenda, quia de corpore & capite hominis negotium geritur, quae saepe servare aliquem potest, & ad defensionem multum conferre. Nam cum delicta diversis qualitatibus & circumstantiis definiantur, quas singulas lex exprimere non potuit, religioni certe iudicis relinquendum est, ut is existimet, ex quibus causis delictum atrox efficiatur, & ex quibus causis ad quaestione cum contrario descendi possit. Porro mihi in mentem veniunt, quae de praestatione culpae jura habent. Adsunt LL, quae in omni crutatu hanc rem definient, nihilotamensecius, si ad casum specialem pervenimus, ex solo jus dicentis arbitrio ea dependet, ut is determinet quaenam regula circumstantiis obuenientibus fundetur. Provoco ad commodatum, utrum solius accipientis, an solitus dantis, an tandem utriusque commodum pro objecto habeat. Denique, quando quaerimus, quis ad testimonium dicendum sit admittendus? generaliter jura respondent, qui non est suspectus. Suspecti vero dijudicatio, utrum criteria sufficientia adsint, nec ne, arbitrio judicis committitur. In calce adjicio L. 2. §. 2 de testibus quae insigniter confirmat, quae diximus, verba sunt:

„Quae argumenta ad quem modum probandae cuique rei sufficient, nullo certo modo satis definiri potest.
„Hoc ergo solum Tibi rescribere possum summatum, non utique ad unam probationis speciem cognitionem statim allegari debere,
„sed in sententia animi Tui te aestimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum esse opinaris. Item l. 13 Eod. verum tamen, quod si omissum, non omittetur religione judicantium, ad quorum officium pertinet, eius quoque testimonii fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere.

§. XI.

§. XI.

Haec de arbitrio judicis in cognitione causae. Restat, ut etiam discutiamus, quatenus in ejusdem decisione illud occurrat, Iudex decidit, quando causa controversa cognita sententiam fert, qua declarat, quid iustum sit, quid non. Quid iustum sit, quidue non, ex convenientia facti cum LL. dijudicatur. Leges igitur sunt normae, secundum quas Judex sententiam fert, & ferre debet. LL. vero sunt vel scriptae, vel non scriptae, vel provinciales, vel domesticae, vel receptae, cumque quaelibet suum habeant viri decidendi ordinem, Judex eum seruare debet. Hoc officium rite explanat §. I. J. de offic. judicis, sic praescribens:

„Et quidem in primis illud obseruare debet, ne aliter judicet, quam LL. aut constitutionibus aut moribus proditum est.

Et judici id omittenti poenam minatur L. I. §. 3. de L. Corn. de falsis.

§. XII.

De LL. positius in §. anteced. sermonem fuisse, vel me tacente quilibet intelliget. Ad has restricta est decidendi potestas, quam habet judex, & sine lege vix quicquam definit. At vero LL. positivae sunt normae a legislatoribus humanis latae, de diuino Legislatore non loquor. Legislatores humani sunt entia finita, etiamque ob causam omnes, qui accidere possunt casus, divinare, ideoque I. L. eos moderari & temperare nequeunt. Neque leges neque SCta ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendant, sed sufficit & ea, quae plerumque accidunt, contineri. I. 10. de LL. Evenire itaque potest, ut judicatuero desit lex, quae contineat decisionem, quid tum? Ejus est adjustitiam item componere sine lege non potest, quid illi faciendum?

§. XIII.

Quando decisurus non habet legem expressam, & tamen vi mandatae jurisdictionis jus civibus dicere debet, tum aut adest

b

lex,

lex, quae per consequentiam hue trahi potest, aut non ad-
est. Priori casu aut per legitimum ratiocinium evincere li-
cet, casum hunc non expressum in lege sub lege conti-
neri, aut propter similitudinem inter casum decisum & non-
decisum statuere potest. Illa vocatur decisio secundum
argumentum legis, haec secundum analogiam facta esse dicitur.
Ita argumento legis etiam ad emtorem applicatur L. 2. C. de re-
scind. vendit, & ob analogiam juris commodanti reuocatio per-
mittitur, quae expresse locatori tantum permissa est, ob propriam
necessariam atque subitam indigentiam. Posteriori casu, quando
nulla adest lex positiva, iudex in subsidium aequitatem naturalem
vocat, & prout sibi aequum atque justum videtur, decisionem in-
terponit. Nec verendum est iudici, ne hic difficiat lex. Ius e-
nim naturae est completum, & quamdiu interna moralitas actionis
adest, quae abesse nullo modo potest, tamdiu unum tantum est ju-
stum, alterum injustum. Sic decidenti iudici arbitrium assigna-
mum in decidendo. Nam quando LL. positivae adsunt, tum pla-
ne restricta est ejus voluntas, nec illi permittitur de LL. philosop-
hari. His vero non existentibus rectam suam rationem sequitur,
& quo perspicacior est, eo melius philosophatur. Controversia
si adest, inter Naturalistas, quos vocant, aequiorem sententiam e-
ligit, & fine circumscriptione ad certam & determinatam regulam
judicat. Quae longe fecius se habent, quando in subsidium non
vocat aequitatem.

§. XIV.

Exempla, qui quaerit huius arbitrii, ille evolvat librum juri-
dicum, quem libet, statim in oculos incurrit, evolvat potissimum
Menochium, qui peculiari libro illos casus collegit, ubi locum sibi
vindicat. Quoties in jure de restitutione interesse, & damni dati
agitur toties vestigia invenies hujus arbitrii. Quoties habes con-
tractum b. f., toties occasionem illi praebet. Quoties de poena
extraordinaria & arbitraria legimus, toties fundatur arbitrium judi-
cis, vt nihil addam de restitutione in integrum, concessione dilationis,
causis diuortiorum & repudiorum & infinitis aliis in jure,
quae certa regula non possunt definiri. Sigillatum de arbitrio in
juramento in item affectionis loquitur L. 4 §. 2. de in lit. jur.

„&

„& quidem in arbitrio esse judicis, deferre jusjurandum, nec
„ne constat. An igitur, qui possit jusjur. non deferre, idem pos-
„sit & taxationem juri jurando adjicere, quaeritur. Arbitrio ta-
„men b. f. judicis etiam hoc congruit. Prudens in fine adjicio L.
„I. §. 2. de jur. delib. cum dicit tempus, nec adjicit diem, sine du-
„bioso ostendit, esse in ejus dicentis potestate, quem diem pree-
stituat.

§. XV.

Vidimus ita arbitrium judicis in cognitione & decisione. De executione, ubi alioquin pleraque judicis etiam arbitrio relinquunt debent, quia non semper ea ad eum pertinet, prudens nil addo. Facile nunc patet, quid sit, nempe determinatio eorum secundum aequitatem, quae certa regula determinata non sunt, nec determinari possunt. Sequitur inde legislatores augere judicis arbitrium, si complexum LL. positivarum rejiciunt, minuere, si LL. naturales plenius determinant.



Nunc via munita ad Te, *Vir Magnifice*, me converto. Cum enim fasces Prorectorales Tibi tradantur, cumque eo ipso totius Academiae judicem. Te constituant, multa arbitrio Tuo relinquunt, me non monente quisque intelligit. Non possum igitur, quin Academiae gratuler, cui contingat, per instans brumale sub tanti viri arbitrio vivere, qui & eruditione, & aequitatis studio nemini est secundus. Gratulor Tibi adeptos honores, atque ex imo pectoris precor, ut valetudine serena, nullisqve imbrium & tempestatum laesioribus obnoxia fruaris, quo oneri imposito par sis. Tum ita arbitrium geres, ut absoluto spatio praescripto diuturniore Te desideraverint Pro-Rectorem.

Gratu-

Gratulor mihi, me & Venerandi mei Doctoris simul arbitrio subesse, ejusque praecepta & ad jurisdictionem & ad doctrinam pertinentia sequi posse. Valeas, *Vir Magnifice!* & me benevolentiae Tuae quam commendatissimum habeas.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn1002513057/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002513057/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn1002513057/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002513057/phys_0016)

DFG

§. XI.

Haec de arbitrio judicis in cognitione causae. Restat, ut etiam natus in ejusdem decisione illud occurrat, iudex in causa controversa cognita sententiam fert, qua dictum sit, quid non. Quid iustum sit, quid non, tia facti cum LL. dijudicatur. Leges igitur sunt dum quas Judex sententiam fert, & ferre debet. LL. scriptae, vel non scriptae, vel provinciales, vel domceptae, cumque quaelibet suum habeant viri dictio, Judex eum seruare debet. Hoc officium rite de offic. judicis, sic praescribens: em in primis illud obseruare debet, ne aliter judicet, aut constitutionibus aut moribus proditum est. id omittenti poenam minatur L. I. §. 3, de L. Corn.

§. XII.

situus in §. anteced. sermonem fuisse, vel me tacente get. Ad has restricta est decidendi potestas, quam sine lege vix quicquam definit. At vero LL. normae a legislatoribus humanis latae, de diuino Le loquor. Legislatores humani sunt entia finita, etiam omnes, qui accidere possunt casus, divinare, eos moderari & temperare nequeunt. Neue SCt. ita scribi possunt, ut omnes casus, qui cederint, comprehendant, sed sufficit & ea, quae plent, contineri. I. 10. de LL. Evenire itaque potest, desit lex, quae contineat decisionem, quid tum? itiam item componere sine lege non potest, quid?

§. XIII.

leciſurū non habet legem expressam, & tamen vi dictionis jus civibus dicere debet, tum aut adest b lex,




Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 011